



tu ta catholica communione. Idest
 xpianis toto terrarum orbediffusis.
 etiam malis & sacrilegis ammissis.
 nullomodo per separationem com-
 munionis esse recedendum. Quando
 quidem nec eos qui ut idem uidebatur
 non baptizatos sacrilegos in commu-
 nionem catholicam recipiebant.
 aut per communionis uoluit amo-
 uere dicens. Neminem iudicantes.
 aut a iure communionis aliquem
 si diuersum senserit amouentes.
 Uideo tamen quid adhuc amepossit
 inquiri. uidelicet ut respondeam
 ueri similibus illustrationibus quibus
 uel ante agrippinum. uel ipse cypria-
 nus. uel illi qui eum in africa consense-
 runt. uel si forte aliqui extra transma-
 rinis terris longeque discretis. nullo
 quidem siue plenario. siue saltem
 regionali concilio. sed epistolari con-
 loquio commotusunt. ut hoc esse
 faciendum putarent. quod & consu-
 etudo ecclesie pristina non habe-
 bat. & postea catholicus orbis terra-
 rum robustissima firmitate con-

28
 sensionis exclusit. ut quod per dispu-
 tationes eiusmodi in aliquorum men-
 tis in sepe cooperat. de salute ueni-
 ens unitatis potentior uertat. & uni-
 uersalis medicina sanaret. Hunc
 itaque sermonem uideant quam
 securus aggrediar; si adsequi & osten-
 dere non potuero quomodo resellan-
 tur ea qua de concilio cypriani uel
 epistolis eius adfirmant xpibaptismu.
 per hereticos dari non posse. in ecclesia
 manebit securus. In cuius communi-
 one cum eis qui sibi non consenserant
 mansit ipse cyprianus. Quod si dicunt
 propterea tunc illam catholicam
 ecclesiam fuisse. quia erant ibi pauci.
 uel si hoc putant etiam multi qui bap-
 tismum datum apud hereticos impro-
 babant. & baptizabant eos qui inde
 ueniebant. Quid ergo ante agrippinu
 a quo ista coepit. quasi nouaratio ad-
 uersus consuetudinem dimicans. sum
 quid non erat ecclesia. Quid denique
 post agrippinum quando nisi ad pristi-
 nam consuetudinem reditum esset.
 Alterum meliori concilium non esset